



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 69. Scaramutiæ Trivultii Cardinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

cui Synodum congregandi potestas Sæcul. XVI.
 competat, quo tempore Concilia cele- AC 1527.
 brari debeant, quinam eisdem assistere
 teneantur, utrum Papa auctoritatem
 suam a Generalibus Conciliis derivet,
 vel ejusdem potestas a Conciliis re-
 stringi valeat; an Cardinales, relicto Pa-
 pa, Synodum congregare, Papa vero
 hæresis insimulari possit? Denique agit
 de appellationibus a Papa ad Conci-
 lium, ac quærerit, ob quas caussas Pon-
 tifex exauktorari valeat? *Scripsit præ- Ciacon. I. c.*
terea, ut inquit Ciaconius, tradatum de p. 384.
donatione Constantini Imperatoris, necnon
alium de utroque gladio in Ecclesia, neu-
 trum autem horum typis vulgatum
 arbitror.

§. LXIX.

*Scaramutiae Trivultii Cardinalis
mors.*

Alter hoc anno obiit Scaramutia Tri- *Ciacon. I. cit.*
 vultius, qui Patrem habuit Joannem *p. 382.*
 Firmum Trivultium Joannis Jacobi Ma- *Aubery I. cit.*
 rescalli fratrem, Matrem vero Margari- *Franc San-*
 tam Velpergiam ex nobilissima Medio- *sov. de nobil.*
 lanensium prosapia ortam. Eminebat *Ital*
 jurisprudentiæ fama in Universitate Pa- *Andr. Vito-*
 piensi, ac postea a Ludovico XII. Gal- *rel. in addit.*
 lorum Rege in Franciæ Consiliarium *ad Ciacon.*
 adscitus, deinde anno reparatæ salutis

Hist. Eccles. Tom. XXXV. T mil-

Sæc. XVI. millesimo quingentesimo nono Comensem Episcopatum adeptus est. Adversabatur Cardinalibus, qui Pisis *Panvin. de Rom. Pontif.* tra Julianum II. conventum agebant, unde ab eodem Pontifice Romam vocabatur, ut Lateranensi assisteret Concilio, cui tamen nonnisi sub Leone X. interesse poterat, atque ab eodem sub annum Domini millesimum quingentesimum decimum septimum Cardinalis tit. S. Cyriaci creatus fuit. Seligebat illum Galliarum Rex, ut Romæ regni negotia procuraret; Rexit vero Episcopus præter Comensem, etiam Viennensem, ac postea Placentinam Ecclesiam, quam tamen tribus ante obitum annis Catalano Trivultio ex Fratre Nepoti cessit. Ast pulsis ex Italia Gallis, Scaramutia Cardinalis tum Romæ agens a Francisco Sfortia Mediolanensium Duce cunctis beneficiorum suorum redditibus spoliatus est, capto etiam Francisco I. Galliarum Rege in obsidione Paapiensi Hispani, qui Mediolani Ducatum occuparunt, in retinendis Sacramutiæ proventibus perstiterunt. Nihilominus tamen Cardinalis Romæ substitutus donec Borbonii Dux cum exercitu suo urbem aggressus, obsidionem pararet, tum vero, cum facile Metropolis hujus deprædationem præsentiret, permittente Papa discessit, & ad Diœcesin Vorensem

nensem se contulit. Ibi in Cœnobio, **Sæcul. XVI.**
 quod vulgo *Maguzani* dictum, prope la- **A.C. 1527.**
 cum Gardæ situm est, obiit die nona
 Augusti anno millesimo quingentesimo
 vigesimo septimo, ibidemque sepultus
 est sine ulla funebri pompa. Viros scien-
 tia claros summopere coluit, eosque ad
 mensam habere voluit, unde ex erudi-
 tis illorum colloquiis plurimum pro-
 fecit.

§. LXX.

Ferdinandi Ponzetti Cardinalis extrema.

Inter Cardinales, qui hoc anno deces-
 serunt, tertius erat Ferdinandus Pon- **Ciacon. l.cit.**
 zettus, patria Neapolitanus, quamvis **Garimb. l 6.**
 eum Florentini scriptores suum faciant **hist. dirept.**
urbis.
 civem; contendunt enim illi, Ferdinan- **Ughel. in I-**
 dum fuisse Filium Francisci Lippi, cu- **tal sacra.**
 jus Avus Neapoli excessit, filius ve- **Aubery vie**
 vero Florentiæ natus est Anno Christi **des Card.**
 millesimo quadringentesimo quadrage- **Scipio Am-**
 simo quarto, ibidemque inter cives ad- **mirat in**
 scitus, suam protraxit familiam, quo cir- **his. Flor.**
 ca Florentini Ferdinandum nonnisi o-
 rigine Neapolitanum fuisse affirmant,
 idque testatum faciunt ex quodam mo-
 numento, quod Romæ in Ecclesia S.Ma-
 ria de Pace hodiecum visitur. Ce-
 terum Ponzettus plurimos vitæ suæ an-